DISCURSUS JURIS FEUDALIS

DE

ONERIBUS FEUDALIBUS,

QUEM,

DIVINA ADJUVANTE GRATIA,

CONSENTIENTE AMPLISS. JCTORUM ORDINE,

IN ILLUSTRI GRYPHORUM ACADEMIA,

PRÆSIDE

DN. FRIDERICO GERDESIO,

J. U. D. Profeſs. Academiæ hujus Ordin. Conſiſt. Reg. Aſſeſſore,

Publicæ diſquiſitioni

ad d. Octobr.

loco & horis conſuetis ſubmittet

ULRICUS BEZEL.

Pomeran.

GRYPHISWALDIÆ,

Typis MATTHÆI DOISCHERI, Academ. Typogr. Anno 1672.

A. D. O. M.

DISCURSUS JURIDICUS DE ONERIBUS FEUDALIBUS.

THESIS I.

NUlla hodiè frequentior nec intricatior, quàm de Oneribus Feudalibus, auditur controverſia, quatenus ſcilicet creditores dominis vel agnatis, ad quos devolvuntur, in Feudis præferantur. Sæpiùs enim evenit, ut cum Vaſallo, ſive ſucceſſore Feudali defunċto, aut talis culpæ, quæ Feudi amiſſionem meretur, perpetratione, Feuda ad dominum direċtum, qui vel cujus anteceſſores inſeudaverat, ex lege Feudali revertitur, inter creditores Vaſalli & dominum oriatur controverſia, utrum illorum potior petitio eſſe debeat, an verò hujus jura priora? Multos ea tenet perſuaſio, non ſecus ut Fiſco, qui in bonis publicatis aut vacantibus pro hærede habetur, *l. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. Natta Conſ. 518. n. 9.* cum onere ſuccedit, & cauſam lucrativam habet, *Joh. de Platea in l. un. n. 3. C. de pœn. Fiſcal.* creditores cæteri præferuntur; *Gail. de Pac. Publ. l. 2. c. 16. n. 7. ſeqq.* Ita domino, ad quem Feudum apertum devolvitur, eos, qui Vaſallo crediderunt, quoad debita recipienda anteriores eſſe debere. Unde nec ipſos dominos Feudorum actionibus, ut creditorum ſucceſſores, infeſtare dubitant. Cæterùm decipit illos falſa opinio. Juſtitia diċtitat, dominum ita creditoribus Vaſalli potiorem eſſe, ut Feudum ad ſe devolutum ante petitiones præcipere debeat. Dominus rei in concurſu illorum, quibus debetur, omnibus potior eſt. Quidni ergò dominus Feudi? qui directum dominium rei Feudalis habet & retinet; imò etiam civilem poſſeſſionem. *c. 1. in fin. in quib. cauſ. feud. amitt. Jaſon in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. n. 37. ff. de acquir. poſſeſſ. Bel-*

vis. Alvarott. Afflict. ſchenc. Iſern. & Dd. omnes in c. 1. [illegible] tem. de inveſtit. de re alien. fact. Zaſ. conſ. 11. n. 4. vol. 1. [illegible] propriâ autoritate, non attenta contradictione [illegible] apprehendere poteſt & occupare. *Vid. Roſenth. de Feud. c. 5.* [illegible] *60. n. 14.* Vaſallus verò utile & quaſi dominium [illegible] *c. 1. §. rei ib. Feudiſt. omnes de inveſtit. de re al. fact. Zaſ.* [illegible] *part. 1. n. 3.* quod utilitates & fructus Feudi ad Vaſallum [illegible], ut horum reſpectu domino directo potius jus habere videatur. *Laudenſ. in c. 1. in pr. n. 18. de inveſtit. de re alien. fact. ibi Iſern. n.* [illegible] *Præpoſ. n. 3. & 4. Cravett. conſ. 411. n. 56. & 59.* [illegible] men integram domino relinquit; unde nullâ ratione [illegible] lienari, imo nec pignori vel hypothecæ dari poteſt à Vaſallo, [illegible] eo ipſo jus ſuum Vaſallus amittat. *c. un. de prohib. Feud.* [illegible] *Frid. Hart. Hartm. tit. de Feud. obſ. 20. n. 1.* [illegible] *n. 43.* Et ſi contra Vaſallum executio facienda ſit, [illegible] in Feudo, aut etiam utili dominio, quod Vaſallus habet, [illegible] to domino ad alium transferri non poteſt, ſed ſola [illegible] fructus ex Feudo percepti, capiuntur. *Specul. in tit. de* [illegible] *cret. § reſtat. n. 8. Matth. de Afflict. in c. 1. §. quid ergo. n. 7.* [illegible] *inveſtit. de re alien. fact. ibi Andr. de Iſern. Goden. Conſil.* [illegible] *n.* [illegible] *Camerar. in c. Imperialem. in pr.* [illegible] *3. verſ. Hæc certe* [illegible] *eſt concluſio de prohib. feud. alien. per Frid. Dec. Conſ. 445.* [illegible] *Cravett. Conſ. 197.* Cùmq; invitus Feudi dominus cogi non [illegible] ſit, ut creditoribus Feudum adjudicet, *Hartm. Piſtor. part. 1. q.* [illegible] *n. 69.* quâ ratione creditores ipſum invitum ſibi ſuisq; creditis [illegible] poni optant & exigunt? cui rei vindicatione, ratione [illegible] minii, cùm jus Vaſalli exſpiraverat, illud ante omnia privilegia [illegible] vocare permiſſum. *Gothofred. Anton. Diſp. feud. 13. th. 5. lit. D.*

II. Hæc, quæ de domino dicta ſunt, æquè ad agnatos [illegible] miores traho, quibus jus eſt, non obſtantibus creditorum [illegible] petitionibus, Feudi ſucceſſionem ſine onere apprehendere, [illegible] ita ante omnia privilegia Feudum tanquam rem ſuam [illegible] Quando enim primus acquirens pro ſe & ſtirpe ſuâ, ſeu deſcendentibus, Feudum acquirit, poſtquam realiter inveſtitus eſt, [illegible] deſcendentes jus reale accipiunt, ita ut evenieute conditione [illegible], quâ quisque Feudum capere debet, jure ſucceſſionis dominium [illegible]

quaſi

quaſi ipſo jure tranſeat. *Schrader. part 7 de Feud. q. 6. n. 57. ſeqq. Vultej. de Feud. lib. 1. c. 9. n. 118. in fin. Roſenth. de Feud. cap. 12. concl. 11. n. 39. ſeq.* ibi multa præjudicia, quibus ita in Camerâ judicando obſervatum fuiſſe conſtat adducens. Iſti enim, ad quos Feudi ſucceſſio pertinet, ad eam perveniunt non alieno, ſed proprio jure, non ex perſonâ aut beneficio ultimi poſſeſſoris, ſed primi acquirentis, & prima inveſtiturâ jus quæſitum habent. *c. 1. de feud. fœmin. c. 1. de duob. fratrib. Hartm. Piſtor. q. 1. n. 35. p. 1. Weſenb. conſ. 15. n. 14. ſeqq. Cothmann conſ. 2. n. 41. Roſenth. de feud. c. 3. q. 11. n. 8.* Neque alius quiſquam illis præjudicare poteſt, nec antecesſoris debita, niſi ſimul bona ejus allodialia hæreditatis aditione conſecuti ſint, ſolvere tenentur. *c. un. in pr. an agnat. vel fil. ib. Bald. n. 23. Martin. Laudenſ. n. 15. Jacob. de Belvis in pr. Schenck. n. 2. & Feudiſtæ cæteri Gail. 2. obſ. 154. Wurmſer. lib. 5. obſ. 22.* ſed creditoribus contra ſucceſſorem Feudi ad ſolutionem æris alieni agentibus exceptio intentionis non fundatæ, ſeu ſibi non competit actio, rectè objici poteſt. *Gail. 6. obſ. 154. n. 4.* Hæc verò ad Feudum, quod ex pacto & providentiâ appellatur, ſpectant; non verò ad hæreditarium, in quo ſuccedentes, non ſecus ut hæredes æs alienum à defuncto relictum exſolvere tenentur. *Gail. d. obſ. 154. n. 10. ſeq. Mynſ. cent. 3. obſ. 67. Andr. de Iſern. in c. 1. n. 3. an agnat. vel fil. Schrad. de feud. part. 7. c. 7. n. 34. Roſenth. de feud. c. 7. concl. 20. ſeq.*

III. Utut verò hæc ita ſe habeant, ſunt tamen nonnulli caſus, iiq; tales, qui frequentiſſimè occurrunt, quibus domini vel agnati, ad quos Feudum, utut ex pacto & providentiâ devolvitur, ad ſolutionem æris alieni à defuncto contracti tenentur. Quorum cognitio, cum multis controverſiis involuta ſit, in praxi verò admodum utilis & neceſſaria, operæ precium erit, eos paulò diligentius inquirere & explicare.

IV. Ad intelligendam autem plenius hanc materiam, obſervanda eſt vulgata & recepta hodiè diſtinctio, quæ debita defuncti Vaſalli diſcernit; nempè quòd alia ſint onera Feudi, alia onera Vaſalli tantùm. Illa dicuntur, quæ ex utilitate Feudi, aut lege & conſuetudine ipſum Feudum afficiunt. Hæc, quæ perſonam Vaſalli ſaltem obligant. *Andr. de Iſern. ad c. 1. §. quid ergò ſi precio. n. 5.*

n. 5 de Inveſtit. de re alien. fact. Heig. quæſt. 20 n. 5. ſeq. p. 2. Köppen. deciſ. 59. n. 50. ſeq. vol. 1. Roſenth. de feud. c. 9. membr. 1. concl. 15. in fin. Hartman. Piſt. q. 6. n 70. lib 2. Jacob. Schultes ad Modeſt. Piſtor. q. 122. n. 29 ſeq. part. 3. Cothm. Conſ. 92. n 2. verſ. Etſi autem haud deſint, qui hanc diſtinctionem nauſeant & improbent, præprimis ob voces juri primævo Feudali ignotas, cùm tamen rem ipſam ſubeſſe, nemo negotiorum peritus diffiteri queat, eamq; iſta accurate explicat, à plerisque receptam cum utilitate & fructu retineri poſſe, in praxi juris verſatiſſimus *Cothm. d. conſ. 92. n. 3 verſic. quæ diſtinctio.* putat. Quæ Saxonicis in Judiciis ex Conſtitutione Electorali obſervatur, *Heig. d. q. 20. n. 45.* & à præſtantiſſimis Collegiis JCtorum in judicando & reſpondendo attenditur, nec illam ſemel a Facultate noſtrâ adhibitam ſcio. Neque exiſtimandum eſt, Juri Feudali præfatam diſtinctionum ignotam eſſe aut alienam, uti *Thöming. dec. 27.* putat, quam tot præclari Viri tot judicia receperunt. Etſi enim nomina iſta non exprimantur, ipſa tamen res & materia, quæ cauſam dedit diſcrimini, ſubeſt, ut ſingula exempla onerum Feudi inferiùs oſtendent. *v. Schultes d. l. n. 53. ſeq.* Imò etſi conſuetudines Feudales in lib. Feud. ſcriptæ nullam mentionem facerent, non tamen quod in illis habetur, juris Feudalis ſaltem eſt, ſed etiam quod conſuetudine & obſervantiâ obtinet. *c. 1. verb. ſecundum diverſorum locorum. de feud. cognit. Roſenth. de feud. c. 1. q. 13.* Imò ſatis eſt, conſentaneum quid eſſe Juri communi, quod deficiente ſtatuto Feudali ſequimur. *d. c. 1. de feud. cognit. Mynſ. 5 obſ. 76.*

V. Onerum Feudi ea conditio eſt, quòd iis Feudum ſubjaceat, Feudi quemvis ſucceſſorem & poſſeſſorem ſeqvuntur, isq; exſolvere tenetur, & ad illud actione perſonali in rem ſcripta conveniri poteſt. *Cothman. d. Conſil. 92. n. 8.* Neque differentia inter agnatos ſuccedentes & dominum, cui aperitur, conſtituenda, ſed ad quemcunque poſſeſſorem hoc jus ſpectat. *Jacob Schultes ad Modeſt. Piſtor. d. q. 122. n. 47.* Nec ſine ratione. Qui enim rem vel pecuniam meam ſine cauſa habet, vel ex re meâ ſine causâ lucrum & commodum percipit, is ex æquo & bono condictione mihi tenetur, etſi nullum omninò negotium inter nos eſt contractum. *l. 23. ibi gloſſ. & Dd. l. 32. ff. de reb. cred. in termin. Thöming. deciſ. 20. n. 35.*

n. 33 ſeq. & ex eo Rauchb. d. q. 44 n. 12 part. 1. Quâ æquitate, ſuadente iſtorum onerum nomine tantâ ante quemvis poſſeſſorem prærogativâ creditores fruuntur, ut hic, niſi iis detractis, nihil in Feudo habere aut accipere cenſeatur. Neque illum relevet, quòd hæredes bonorum allodialium ſolvendo ſint, ſed iſta tanquam Feudalia debita hos non æquè onerent. *Rauchbar. d. quæſt. 44. n. 9. ſeq.* Quod tamen circumſpectè accipiendum, neque ita indiſtinctè, ut citatus *Rauchbar. d. l.* poſuit. Quâ in re frequens & erroneus lapſus Advocatorum & Judicum ſæpius deprehenditur. Æquè iniquum puto, omnia Feudi onera Feudo ejusq; ſucceſſoribus imponere, ſi hæreditas defuncti Vaſalli eſt locuples, quam ab oneribus Feuda eo caſu velle liberare. Sed onera Feudi exactè diſcernenda ſunt. Alia enim ita comparata, ut propter Feudum orta ſint, utilitatem Feudi augeant, vel ad eam collocata ſint, utut alieno exitu. Alia Feudis lex & conſuetudo ex æquitate atque ita in ſubſidium ſaltem imponit. Illa ante omnia ex Feudo debentur, ad quemcunque poſſeſſorem perveniat, nec attenditur, quantum ſit in Vaſalli allodiis. Hæc ſubſidiariè tantùm, quando non conſtat, an quid in bonis ſit, ſicut ex ſingulis ſpeciebus mox patebit. Notandum quoque eſt, quatenus onera Feudi ipſum Feudum afficiant, ita nempe, ut Feudum iſtis ſubjaceat, ut tamen nullo onere reali afficiatur. *Schultes. d. quæſt. 122. n. 31.* Unde nec realis actio proptereà competit, ſed perſonalis ſaltem in rem ſcripta. *Heig. d. q. 29. n. 40. p. 2.* Quare onus Feudi, uti hoc loco accipio, ab hypotheca, quæ rem obligat, multùm differt, nec pro onere Feudi obligatum habens debitorem, ſtatim conſequitur hypothecam in Feudo, etſi hæc duo ab imperitis ſæpiſſimè confunduntur. Ab uno tamen ad aliud, ubi diverſitatis ratio non patet, argumentum duci poſſe concedo. *v. Rauchb. d. q. 44. n. 9. & 10.*

VI. Hujus effectus etiam in materia prioritatis diſpicitur. Si quis enim ab alio creditum accepit ex cauſa, quæ ad onus Feudi ſpectat, ab alio mutuatus eſt ſub hypotheca Feudi, cum conſenſu domini & agnatorum conſtitutâ, etſi creditum illud tempore prius ſit, hoc tamen præfertur. Veluti, ſi quis ad emptionem Feudi pecuniam dederit mutuo, nec ſub hypothecâ, id quod onus Feudi eſt, deinde Feudum ex iſta pecunia emptum alteri obligaverit, hic po-

tior eſt in concurſu; haud potior futurus, ſi onus Feudi ſemper hypothecam induceret, quia regula, qui prior tempore, potior eſt jure, tunc obtineret. Quod enim creditum onus Feudi dicitur, nihil amplius operatur, quàm quod ex Feudo ſit exſolvendum, prioritatem verò, ante alia onera realia, quæ inhærent Feudis ex eorum obligatione reali, non tribuit, niſi fortè ex lege aut conſuetudine favori crediti privilegium potentius annexum ſit aut hypotheca, ut in dote, donatione propter nuptias, & nonnullis aliis Feudi oneribus factum videmus.

VII. Onerum Feudi hæ ſunt præcipuæ ſpecies. Primò, omne debitum à poſſeſſore Feudi contractum & in utilitatem ejus converſum onus Feudi eſt & ex Feudo ſolvi debet. *Schrader. de feud. p. 7. c. 7. n. 47. ſeq. ubi hanc communem eſſe ait. Brun. Conſ. feud. 104. in fin. hoc præ ſe nullam ferre difficultatem aſſerens. Heig. d. q. 20. n. 48. à Wittebergenſibus JCtis ita pronunciatum extra Saxoniam teſtans Cravett. Conſ. 197. n. 1. Schultes d. l. n. 68. Hartm. Piſt. q. 31. n. 15. lib. 1.* Idq; natura & lex Feudis injungit, cum naturali rationi conveniens ſit, neminem cum alterius jactura locupletari, *l. 14. ff. de condict. indeb.* & qui incommoda ex re percipere cupit, incommoda & onera ſuſtineat. *l. 10. ff. de R. J.* Lex civilis ex quacunque re ferri impenſas, quæ impenſis fruitur, jubet, & impendenti retentionem actionemq; concedit. *l. 38. ff. de R. V. l. 3. & ſeq. de hær. pet.* Imò & ex Feudis conſuetudo Feudalis meliorationes deduci ac repeti permiſit, *c. 1. §. ſi Vaſallus. Hic finitur lex. ibi Feudiſtæ omnes.* etſi deinde peremptæ ac conſumptæ fuerint. *Schrad. de feud. part. 2. part. princ. 9. ſect. 2. n. 27.* Cui conſequens hoc eſt, id debitum non in ſubſidium ſaltem, quatenus in hæreditate non amplius eſt, ſed ſtatim in principio exſolvendum eſſe, id quod æquitati & Conſtitutionibus Electoralibus Saxoniæ congruum, vide *Hartm. Piſt. d. q. 31. n. 8. vid. Borchold de feud. c. 7. p. 2. n. 94. Albert. Brun. conſil. 104. verſ. Volens quod quando. Cravett. Conſ. 197. n. 1.*

VIII. Secundò, reſiduum pretii, pro quo Feudum eſt emptum, onus Feudi non immeritò ſtatuitur. Quemadmodum enim venditor ejusq; hæres ab emptore conveniri poterunt, ad reſtituendum pretium cum intereſſe, ſi fortè evictio Feudi venditi facta

fuerit,

ſuerit, vel à domino negante rem venditam Feudalem eſſe, vel à tertio, hanc ad ſe pertinere, demonſtrante. *l. 69. & 70 ff. de evict.* Ita etiam æquum eſt, ut non tantum ipſe emptor, ſed etiam ejus in rem emptam ſucceſſores ad integram pretii ſummam perſolvendam cogantur, ſi vel planè ejus ſolutionem detrectent, vel ad minimum in ſolvendo moras nectant, unumq; prorogandæ ſolutionis terminum ex alio quærant. *l. 13. §. 19. 20. ff. de act. empt. l. 5. C. eod.* Hinc ſi Feudum aliquod conſenſu domini venditur & traditur integro pretio non ſoluto, nec fide de eo per venditorem habitâ, poteſt venditor illud tanquam ſuum vindicare, inq; eo, ſi emptor non eſt ſolvendo, omnibus aliis ipſius creditoribus præfertur. *Bald. ad rubr. n. 13. C. de contrah. empt. Gail. 2. obſ. 15. n. 4. Hillig. ad Donell. lib. 4. c. 16. lit. D.* Cùm enim pretium non ſolvitur, nec fides de eo habetur, dominium non tranſit in emptorem, ſed penes venditorem permanere intelligitur. *§. venditæ. ibi Fab. n. 2. Heig. Schneidw. n. 2. & alii Dd. Inſt. de R. D. l. 5. §. pen. ff. de tribut. act. l. 19. l. 53. ff. de contrah. empt.* quaſi tacitè hoc actum videatur inter contrahentes ex naturâ emptionis, quæ non alienandi animo, ſed pretii conſequendi gratiâ peragitur. *Hotom. in d. §. venditæ 41.* An verò & quando de pretio fides habita intelligatur, diligenter inquirendum eſt? Multorum ſententia eſt, quòd ſimplex rei traditio facta non ſoluto nihilq; dicto de pretio efficiat, ut fides habita videatur. *Weſemb. in parat. ff. de contrah. empt. n. 13. Tiraqv. de retract. convent. ad fin. tit. gloſſ. 2. n. 78. ubi plures allegat.* ideoq; in dubio fidem habitam fuiſſe præſumatur, *Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 29. n. 4.* & ut non habita intelligatur, niſi proteſtatur venditor. *Tiraqv. d. l.* Cæterùm ſi naturam emptionis & intentionem ſolitam vendentium conſideramus, quisque intelliget, utrique contrariam præſumptionem non habitæ fidei in dubio magis congruam eſſe, cùm ideò tradatur, ut pretium recipiatur, & quisque eo animo, cùm vendit, ſit, ut tradendo pretium mereatur, nec ſi moram pati potuiſſet, ad venditionem plerumque ex neceſſaria cauſa factam convolaſſe cenſendus ſit. Ita ſentiunt *Fab. in d. §. venditæ. n. 2. d. R. D. Gail. 2. obſ. 6. Suarez. in commun. opin. lit. E. n. 149. Vasqv. part. 3. controv. 50. n. 2. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vend. 3. quæſt. princ. n. 35.* ubi tradit, in dubio ei, qui di-

cit

ait fidem habitam eſſe incumbere onus probandi. Hanc verò poſteriorem ſententiam ita acceptam velim, ut cùm nihil conſtat, an fides habita ſit, neque ea ex conjecturis elici poteſt, præſumptioni contrariæ locus relinquatur. Haud verò opus eſt, ut *Fabian. de Mont. d. l.* putat, de fide habendâ expreſsè dictum fuiſſe, ſed ex conjecturis idem poſſe colligi, & dictam generalem præſumptionem elidi verius eſt. *Müller. in ſemeſtr. l.b. 4. c. 28. n. 4. ſeq.* Ea enim, quæ in animo conſiſtunt, quibuslibet ex indiciis conjiciuntur. Hujusmodi ſunt ſequentes: Si venditor certum terminum ſtatuit ſolutioni, *Gloß. Cyn. Salycet. & Sichard. ad l. 12. C. de R. V. Schneid. ad d. §. venditæ. n. 5. d. R. D.* à quibus hoc notabiliter adjicitur, poſt terminum usque, ad quem reſtricta eſt dilatio, pretio non ſoluto non dari rei vindicationem, ſi quacunque ratione vendens ſtet promiſſioni emptoris, cautionem qualem qualem recipiendo, vel aliter *Sichard. d. l. n. 4.* Si tradit, ſciens non adeſſe pretium paratum emptori. *Gl. in d. l. incivile. C. de R. V.* Si permittit exportari rem traditam, nec mittit, qui pretium recipiat, aut, ut ſolvatur, inſtanter urget. *Angel. in d. l. incivile. Schrad. in d. §. venditæ. n. 5. in fin.* Hæc & ſimilia ſi eveniunt, fidem habitam fuiſſe conjiciendum erit.

IX. An de venditione dicta ex §. venditæ. d. R. D. in aliis contractibus, ubi aliquid pro Feudo tradito præſtandum eſt, locum habeant, fide non habitâ dominium penes tradentem remaneat, atque ſic conſequenter rei vindicatione repeti queat, controversè diſceptatur? Idem eſſe, eadem mihi perſuadet ratio. Quippe cùm ſub certâ ſpe recipiendi tradens non aliter dominum accipientem efficere voluerit, quàm ſi receperit, niſi contrariæ voluntatis aliam ſignificationem emiſit. *l. ſi ſervus 61. §. locavi 8. ff. de furt.* Comprobat hoc *l. cùm proponas. ibi gloß. in verb. remanſit. C. de dol. mal. l. 3. ff. de pignorat. act.* Sequuntur *Bartol. & Cyn. n. 4. in l. cum precibus. 4. C. de rer. permut. Roman. conſil. 86. n. 3.* ubi hanc communem eſſe ait *Sichard. in l. 2. C. de rer. permut.* Nec diſſentit *Bald. in l. 2. C. de rer. permut.* cum expreſsè dicat, negatâ fide ex aliis contractibus non transferri dominium. Sed paria ſunt negare & non habere fidem de pretio. Eodem modo cæterorum Dd. ferè diſſenſus nititur illo ſaltem jam rejecto principio, quod ſolâ traditione fides habeatur.

X. Feudo

X. Feudo cum pacto de retrovendendo vendito, cùm poſteà emptoris bona & quod venditum erat, alii poſſident, aliquando quæſitum fuit, an venditor ex pacto venditioni adjecto, eo pretio, quod acceperat ſoluto, Feudum à poſſeſſoribus vindicare poſſit? Cujus deciſio pendet ex vulgatâ admodum controversâ diſceptatione, an pactum de retrovendendo afficiat rem & traditionem inducat ipſo jure? Quam præ aliis latiſſimè tractatam reperies apud *Covarruv. lib 3. var. reſol. c. 8. n. 2. & 3. Gail. 2. obſ. 16. per tot. Tiraq de retr. convent. §. 1. gl. 7. n. 6. Schurff. conſ. 40. per tot. Cent. 2.* Non adducam diverſas diverſorum ſententias. Quod ego, ſalvo aliorum judicio, ſentio, hoc eſt: Haud affici regulariter pacto iſto perſonali retrovenditionis rem ipſam, neque cùm caſus inciderit, ut revendi debeat, dominium ipſo jure transferri; uti tenent *Bartol. in l. 1. n. 10. ff de donat. Salycet. in l. ſi prædium. C. de Ædilit. act Paul. de Caſtro in l ſi à te. C. de pact. int. empt & vendit. Curt. ſen. conſ. 12. n. 34. ſeq. vol. 1. Chaſſan Conſuet. Burgund. tit. des rentes vendues §. 1. n. 51. Cacheran. dec. 65. n 7. Fichard. conſ. 40 n. 16. vol. 2. Mynſ. 6. obſ. 69. Gail. d. obſ 16. n. 3.* ubi hanc communem & in Camerâ receptam eſſe teſtatur, quod etiam patet ex votis & præjudiciis Cameræ in *Symphor. tom. 1. p. 3. vol 9. & 10. item vol. 15. n. 25.* Hoc evidenter probatur per *l. ſi prædium. C. de ædil. act. l 2. C. de pact. int. empt & vendit.* unde manifeſtè diſcimus, ex pacto de revendendo dari perſonalem actionem præſcriptis verbis vel ex vendito Nemo autem experitur condictione aut perſonali actione rei ſuæ nomine. *§. ſic itaque. Inſtit. de act. l. fin. in fin. ff. uſufruct. quemadm. cav.* Porrò perſonale pactum ſuâ vi non poteſt producere realem actionem, niſi ſaltem autoritate legis aut cum contractus conditio reſolutiva in continenti à partibus adjecta eſt. *Bachov. ad Tr. p. 2. Diſp. 28. th. 10. lit. C.* Non obſtat *l. 13. pr. ff. de pignor. act* in qua cùm dicitur, rei vindicationem debitori eſſe ſuperſtitem poſt venditionem, quæ ipſi jus reluendi reſervat, contrariæ ſententiæ autores exiſtimant, illud pactum retrovenditionis reſervare dominium & rei vindicationem. Sed falſo præſuppoſito. Nam primò ibi non dicitur, vendenti competere rei vindicationem, adeoq; inferri nequit ad noſtram quæſtionem, ſed debitori ea relinquitur, quam antè habuit, quia

pignus non purè venditum eſt, ſed reſervatâ reluendi poteſtate, ex quâ ſoluta pecunia conceditur ejus repetitio, non ſecus contra alium poſſeſſorem, quàm contra creditorem, quem non pigneratitia modò, ſed etiam actione in rem ad reſtituendum pignus rectè convenire, ſuprà dictum. Sine ratione Dd. dicunt, ibi ex pacto dari rei vindicationem, quæ tamen ex dominio reſervato naſcitur. Secundò in d. l. non proponitur res ipſa vendita aut tradita, ut dominium transferretur, ſed ſaltem jus pignoris, quod creditor habuit, reluitione debitori integrâ, *uti verè & ſcitè traditum per Donell. tr. de pignor.* Nec puto invicem argumentum hinc duci poſſe: Illo non transfertur dominium, hac ſecus. Illud relinquit debitori jus & proprietatem; hac verò vendens eam alienat. Tertiò pacto pignoris venditioni adjecto ſi reſolvitur contractus, & illud ad venditorem redit, ſicut & in aliis licitis rei alienæ venditionibus id ſingulare eſt, quod reſolutâ venditione ex eadem causâ non ab emptore venditor jus recipit, ſed in priſtinam cauſam res redit. Inde verò ad alios contractus inferre non licet. Quod notandum quoque ad explic. *l. 7. §. 1. ff. de diſtract. pign.* quam ſuperiori ſententiæ itidem objiciunt. Firmum ergò manet, ex tali pacto nullum jus reale, ſed ſaltem obligationem perſonalem ad revendendum aut ad intereſſe, ſi alienatio facta ſit, oriri. Contra tertium verò poſſeſſorem inde nullam competere actionem. Perſonalis enim actio non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. *l. fin. §. 1. ibi Gloſſ. Caſtal. Bart. & alii Dd. ff. de contrah. empt. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad SC. Trebell.*

XI. Tertiò æs alienum ad Feudum comparandum contractum, ad onera Feudi refero, *Cravett. Conſ. 197. n. 1. Heig. d. q. 20. n. 33. ſeq. Brun. d. conſ. feud. 104. verſic. puta in emendo.* ubi hoc nullam præ ſe ferre difficultatem ait. Eadem hîc æquitatis ratio, quæ in præcedentibus. Æqvum enim & bonum eſt mihi condictione teneri omnem poſſeſſorem, qui ex re meâ lucrum percepit. *l 32. ibi Jaſon n. 3. & cæteri Dd. ff. de reb. cred.* Ideoq; non ſaltem in ſubſidium & præviâ excuſſione allodialium, ſed ſtatim ex Feudo peti & ſolvi debet. *Brun. d conſ. 104. verb. volens quod quando agnati. Heig. d. n. 33. ſeq.* Cùm iniqvum ſit, locupletari hinc ſucceſſorem Feudi, & hæredem ad onus vocari, qui nihil inde percipit.

cipit. Etſi verò nonnulli, inter quos *Köppen. deciſ. 39. n. 48. ſeq. Thoming. deciſ. 27. n. 44.* nolint hæc credita ad Feudi onera referri. Illorum tamen rationes tanti non facio, ut illorum ſententiæ ſubſcribam. Illud autem firmum eſt, quod alienâ pecuniâ comparans Feudum, non ei, cujus nummi fuerunt, ſed ſibi utile illius dominium acquirat. *l. fin. C. ſi quis alt. vel ſib.* Neque id modò, ſi ei ſimpliciter nummi crediti fuerint, ſed non minùs, quando quis expreſsè ad emptionem Feudi pecuniam numeravit. *l. 6. C. de rei vind.* Præterea ne pignus quidem ex illo quæri, niſi expreſsè conventum fuerit, veriori ſententiâ traditur *l. 5. §. 17. ff. de tribut. act. Hart. Piſtor. part. 3. q 15. per tot.*

XII. Quartò, ſicuti pecunia ad emendum, ita non minùs ad reluendum credita Feudum ejusq; poſſeſſorem qualemcunque onerat. *Schrader. de Feud. p. 7. c. 7. n. 42.* Eſt eadem ratio, nec infrequens argumentum ab emptione ad reluitionem. Si ex communi Dd. ſententiâ generaliter verum eſt, omne debitum occaſione & utilitate Feudi contractum onus Feudale eſſe, uti tradit *Schrader. d. c. 7. n. 47. ſeq Roſentb. de feud. c. 7. concl. 20. lit. f. & alii ſupra citati omnes uno ore colligunt*, quidni, quod ad liberandũ reali onere Feudum creditur, illuc referimus. Idem ad litis ſumptus extendo, quos fieri neceſſe eſt ad vindicandum aut conſervandum Feudum, ſi iis non factis, futurum fuiſſet, ut ad agnatos vel dominum reverti non potuiſſet. Pro iis ſuſtinendis creditum Feudo ejusq; poſſeſſori incumbit. *Roſentb. de feud. c. 10. concl. 43. n. 75. Schrad. de feud part. 2 part. princ. 9. ſect. 2. n. 54. Ar. Pinell. ad l. 1. part. 2. n. 68. C. de bon. mat.* Pertinet huc etiam ſalarium Advocati, qui cauſam Feudi utiliter geſſit per adducta à *Struv. Syntagm. Juris feud. c. 14. th. 7. n. 2.*

XIII. Quinto loco inter Feudi onera numerantur alimenta, quæ nonnullis perſonis, monente juſtâ æquitatis ratione, ex Feudis debentur, veluti perſonis minùs perfectis, quæ ob ſingularem defectum à ſucceſſione arcentur, nempe muto, ſurdo, furioſo &c. *Andr. Iſern. in c 1. §. donare 1. tit. qual. feud. olim pot alien. Schultes ad Modeſt. Piſtor. in d. q. 122. n. 34. Hartm. Piſtor. q. 37. n. 2. part. 2. Alvarot. in c. 1. n. 2. tit. an mut. ſurd. vel al.* Item fratribus per primogenitum excluſis, in iis locis, ubi jus primoge-

 nituræ

nituræ viget. *Hartm. Piſt d. q. 37. n 3. Schultes d l. n. 35. Curt Jun Conſil. 21. n. 12. Tiraq. de Jure Primog. q. 4. n 38.* Quod tamen Dd. citati utroque caſu intelligunt, ita ſi allodialia bona non ſufficiunt, atque ſic Feuda ſaltem in ſubſidium pro iſto onere teneantur. Eodem modo defuncti Vaſalli filiabus & ſororibus innuptis ex Feudo jure Saxonico alimenta pro quantitate Feudi & qualitate numeroq; perſonarum definienda deberi teſtatur prolixe *Jac. Schultes d. q. 122. n. 88. ſeq.* ubi & rationes iſtius conſuetudinis affert. Quam in Pomerania & Megapoli quoque obtinere praxis quotidiana teſtatur. Cui conſequens eſt, agnatos & dominum, ſi ad eos Feudum revolvitur, filiabus & ſororibus defuncti, donec nuptias contrahant, ad alimenta obligari. Idq; etiam tunc, quando ex dotalitio matris filiæ enutriuntur, aut ſi inhoneſtam degant vitam, ſeq; ſtupro polluerint, obſervatum multi teſtantur. Sicut utrumque Deciſiones Stetinenſes autoritate Illuſtriſſimi Principis Franciſci I. promulgatæ & in Dicaſterio aulico obſervatæ, determinant. Ad legitimam hoc extendere nonnullis placuit, ut non ſecus atque alimenta, ita & legitimam ex Feudo deberi velint. Idq; veritati atque juſtitiæ non eſſe congruum, doctè non minùs quàm latè probat *Heig. quæſt. 25. per tot. p. 1. H. Piſtor. q. 38. per tot. p. 2. quò brevitatis causâ remitto cupidum lectorem.* Huc refer alimenta, quæ viduis pauperibus, quæ ad maritos dotis loco nihil attulerunt, nec ex allodiis quicquam percipere potuerunt, ex commiſeratione propter obſequia conjugalia & operas in domo mariti præſtitas ex Feudis alicubi præſtantur. Sicut etiam Stetinenſibus concluſis *ſub tit. de Dote 7. concl. 16.* placuit.

XIV. Sextum onus Feudi dos filiarum & ſororum eſt ab omni ſucceſſore, etiam à domino, cui Feudum apertum eſt, præſtandum. Ex Feudis enim dotari filias & ſorores, communis opinio & conſuetudo invexit. *Hart. Piſtor. d q. 37. per tot. Zaſ. de feud. part. 9. n. 8. Schrad de feud. part. 8. c. 1. n. 38. Panorm. Conſ. 12. n. 5. lib. 1. Gail. 2. Obſ. 117. n. 7. Vultej. de feud. lib. 1. c. 9. n. 57. Schultes ad d. q. 122. n. 33. Modeſt. Piſtor. Conſ. 5. q. 2. n. 22. vol. 1. Schurff. Conſ. 24. n. 1. cent. 1.* qui id extra controverſiam eſſe & generali Germaniæ conſuetudine receptum teſtatur. Ideoq; iſtis contra dominum, agnatos, etiam contra tertios poſſeſſores Feudi

datur

datur actio in factum ſubſidiaria ad petendam dotem. *Matth. de Afflict. in Conſtit. Neapol. lib. 1. rubr. 23. n. 38.* Quantitatem dotis egregiè delineatam vide ap. *Hartm. Piſtor. d. q. 37. n. 11. & mult. ſeqq. Mev. p. 3. dec. 364.* Modus præſtandi communi jure talis, quòd non debeatur ex Feudo, niſi in ſubſidium, quando alia bona hæreditaria & allodialia non ſufficiunt. *Hartm. Piſtor. d. q. 37. n. 1. Andr. de Iſern. in c. 1. §. quid ergo. n. 5. de inveſtit. de re al. fact. ibid. Matth. de Afflict. n. 5. & Prapoſ. n. 2. Schurff. d. conſ. 24. n. 1. Finckelthuſ. Obſerv. 21. Magnif. Dn. Mev. p. 3. dec. 363. n. 2.* Id quod Jure Saxonico eodem modo receptum erat, *Modeſt. Piſtor. d. conſ. 5. q. 2. n. 22. Beuſt. in l. admonendi 31. ff. de jurej. n. 874.* deinde verò noviſſimis Electoralibus Conſtitutionibus ſecus proviſum, ut indiſtinctè Feudo dotis præſtatio incumberet. *Schultes ad Modeſt. Piſtor. d. q. 121. n. 86.* Privilegiis Nobilium Pomeraniæ, quibus dos onus Feudi eſt, res ita temperata videtur, quòd ex Feudo juxtà & allodio ſolutio fieri debeat. Ita enim verba Receſſus Wollinenſis de Anno 1569. habent: Daß die Außſteuren von Erbe und Lehn geſchehen ſollen. Unde in Concluſionibus Stetinenſibus, quarum ſuprà quoque mentio facta eſt *tit. 8. de dote. concl. 4.* deciſum; Wann die Töchter gleich ex hæreditate ihrem Stande gemäß dotiret werden können / daß nichtes deſto weniger auß dem Lehne etwas / aber nicht ſo viele / alß wann ſie ſonſten ihre dotation woher nicht zu erlangen hätten / ihnen gegeben und zugebilliget werden ſoll. Cæterùm hæc cum diſtinctione accipi oportet. Aut enim ſucceſſor unà hæres eſt & portionem hæreditariam accipit; aut verò nihil ex hæreditate capit, ſed ea ad filias vel ſorores ſola pertinet. Priori caſu locum eſſe d. Receſſui Wollinenſi atque concluſioni Stetinenſi. Non verò poſteriori, ſi illæ habeant ex allodiis amplam dotem, non ſemel reperi à Facultate noſtrâ in reſpondendô notatum eſſe. Tempus exigendi circa hoc onus Feudi obſervandum eſt. Non enim priùs debetur ſolutio, quàm nuptæ fuerint. Ideoq; dos ex Feudo debita ad hæredes filiæ aut ſororis non tranſmittitur, ſi, priusquam maritetur, deceſſerit, ſed penes Feudi ſucceſſores & poſſeſſores remanet. *Hartm. Piſtor. d. q. 37. n. fin. p. 2. Heig. q. 31. n. 10. p. 1. Rauchbar. p. 1. q. 38. per tot.* ubi plura dotem ex Feudo debitam concernentia eaq; admodum notabilia reperies.

Sicut verò ipſa dos onus Feudi eſt, eodem modo debitum eo nomine contractum tale habetur. *Andr. de Iſern. in d. c. 1. §. quid ergo, n. 6. Matth. de Afflict. n. 5. de inveſt. de re al. fact.*

XV. Aliæ onerum Feudi ſpecies traduntur, ſed quia ea vel utilitas Feudi, ad quam tendunt, vel lex aut conſuetudo efficit, hæc inſpicienda præprimis ſunt in dijudicando, an aliquod debitum pro Feudi onere habendum ſit. Locorum quippe conſtitutionibus & moribus etiam contra agnatorum voluntatem Feuda onerari & prægravari queunt, ut quisquis Feudum accipit, debitum agnoſcere teneatur. Vid. *Erneſt. Cothm. conſ. 92. n. 4. vol. 2. ubi plures pro hac ſententia citat.* Ut taceam aliorum locorum conſuetudines & ſtatuta, de quibus alii teſtantur. De Saxonum Jure prolixè videbis *Jacob. Schult. d. q. 122. per tot. Berlich. pract. concl. 55 per tot. p. 2.* Quæ patria ſunt, attingam. In Pomerania ex conſtitutionibus & moribus Provincialibus hæc Feudi onera deprehendo. Primò dotem uxoris, quam nubens ad maritum attulit, eandem ex Feudo poſt mortem mariti ipſa ſi ſupervixerit, vel hæredes ejus, ad quos jus repetendi dotem transtulit, repetunt, ſi nempe alia bona hæreditaria non adſunt, unde dotis nomine ſatisfiat. Ubi tamen hoc notandum, non teneri nomina accipere viduam, ſed paratam pecuniam ſolvendam eſſe, etſi maritus nomina dotis loco acceperit. Hic enim volens pro numerata pecuniâ admiſit. Illi verò invitæ aliud pro alio obtrudi non debet. Imò nec eadem nomina, quæ uxor in dotem dederat, in ſolutum accipere compelletur, ſi facilè à marito exigi potuerint, ſed non exacta, poſteà difficilioris exactionis ſint. Sicuti hoc æquitas ſuadet, Praxis obſervat. Secundò donationem propter nuptias ſeu donarium, quod apud nos augmentum dotis, die Verbeſſerung/ vocamus. Loco augmenti enim mos Provincialis certum aliquod lucrum uxorium indulſit viduis, ut nempe ultra dotem ex bonis mariti amplius aliquid ob præſtita obſequia conjugalia & operas accipiant. Veluti in Pomeraniâ Occidentali, Wolgaſtiſcher Regierunge/ tantum, quantum dotis dimidia facit. In Pomeraniâ Orientali, Stettinſcher Regierung/ ſicut & in Rugiâ, tertiam partem dotis. Quod in Megapoli perinde obtinet. Poteſt ejus quantitas per pacta extendi, ut vel ad dotis usque quantitatem, atque ita, ut ejus duplum ſolvatur,

vel

vel alio modo, *gloſſ. ad Auth. æqualiter. C. de donat. propt. nupt. Hartm. Piſt. p. 11. q. 4. n. 5.* & hæredes ex pacto præſtare tenentur. *l. cùm à matre. C. de rei vind. l. venditor. C. de reb. alien. non alien.* Attamen ejusmodi conventio non præjudicat vel nocet Feudi domino aut agnatis, niſi conſenſerint. *Hartm. Piſt. d. q. 4. n. 6.* Nec enim licet in illorum incommodum onerare Feudum. Ideoq; quatenus legem excedit, lucrum ex Feudo peti nequit. Singulare enim jus non eſt extendendum ultra tenorem legis, ideò nec ultra quantitatem in illa expreſſam. Hoc augmentum peræquè in ſubſidium, quando iſti hæreditas non ſufficit, debetur, dummodò hæc adſint: (1) Ut dos, cui augmentum ex bonis mariti præſtatur, numerata ſit, vel aliàs ad utilitatem mariti tranſierit, veluti ſi uſuras inde percepit. Dote realiter non præſtità lucrum ſeu augmentum dotis non debetur, *Auth. dos data. C. de donat. ante nupt. Auth. ſed qvæ nihil. C. de pact. convent. Cothman. conſ. 92. n. 25. vol. 2. Hartm. Piſtor. p. 1. q. 4. n. 8. Magnif. Dn. Mev. p. 5. dec. 63.* niſi vel mora petendi aut recipiendi fuerit penes maritum, *Jaſon in §. fuerat. n. 75. ſeq. n. 81. Inſt. de act. Weſembec conſ. 50. n. 25.* vel de dote maritus fidem habuerit, *Gvid. Pap. q. 565. Mev. p. 5. dec. 64. n. 5.* vel pendente termino per maritum ſolutioni conceſſo ipſe moriatur. *Boer. dec. 22. n. 21. Gvid. Pap. dec. 430.* (2) Ut maritus præmortuus ſit. Vivo illo, præmortuà uxore, hæredes hujus augmenti loco nihil accipiunt. *Anton. Fab. in C. lib. 5. tit. 1. defin. 6.* Imò ne vivo quidem marito & bonis cedente aut executionem patiente augmentum peti valet, ſed ſaltem pars bonorum, unde mortuo marito illud ſequi poſſit, ſeponitur & reſervatur, ceſſura in commodum creditorum, ſi uxor ante maritum diem obeat, *ſicut proviſum in concluſ. Stetinenſ. d. tit. 7. de dote. concl. 22. ſeq.* Hoc, quod (3) à nonnullis deſideratur, ut in utilitatem Feudi & mariti conſtantem dos verſa ſit, non neceſſarium exiſtimo, ſed etſi dilapidaverit dotis nomine accepta deberi lucrum uxorium. Cùm iniqvum ſit, ex culpà mariti jus uxoris lege & conſuetudine datum auferri. Tertiò uſuras dotis à tempore mortis mariti. Idq; ratio naturalis firmat, quà acceſſorium ſequitur conditionem rei principalis, *c. 42. de R. J. in 6.* & diſpoſita de principali, ad illa, quæ iſti accedunt, pertinent. *l. 2. ff. de pecul. legat. l. ſi qvis pro eo. §. ſi nummus.*

nummus. ff. de fidej. De lucro dotis an perinde debeantur uſuræ, ſæpiùs diſceptari ſolet. Communius placet in petitione harum magnam videri eſſe iniquitatem, præſertim in concurſu creditorum, qui de damno vitando certant. Lucri iſtius lucrum peti juri communi contrarium eſt, *l. 2. §. 5. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. Peregrin. de Jure Fiſc. lib. 6. tit. 7. n. 30. ſeq.* ex quo concurſus duplicis cauſæ lucrativæ eſt interdictus & odioſus. §. *ſi res aliena. Inſt. de legat. l. omnes. l. ex promiſſione. ff. de oblig & act.* Sicut nec acceſſio acceſſionis, qualis eſt lucrum illud, locum reperit. Provinciali jure id conſtitutum non reperitur. Satis ſingulare & à juris communis ratione exorbitans eſt, quod lucrum dotis hujus prærogativâ ante creditores gaudet, quod alio ſingulari cumulandum non eſt. Quod aliquando ſecùs in Judiciis pronunciatum dicitur, errore factum creditur, nec in conſequentiam trahendum eſt, cùm ſine ratione, imò contra rationem juris factum fuerit. Nec poteſt iniquius quicquam eſſe, quàm cum aliorum detrimento in triplici lucro uxorem verſari, ſi dotis uſuras, lucrum dotis & deinde lucri uſuras capiet.

XVI. Quartò paraphernalia bona licet minorem dote præferentiam inter credita habeant, nec prioritate ſingulari præter jus hypothecæ fruantur. Ubi tamen adminiſtratio eorum marito commiſſa, eaq; ab hoc conſumpta ſunt, non minus ex Feudo deficiente allodio, quàm dotalia repeti poſſe, *tit. 18. concluſ. Stetin. 2.* proviſum eſt. Uſuras tamen illorum petere prohibentur, licet in utilitatem mariti bona illa verſa fuiſſent, prout *concl. 3. d. c. 18.* deciſum reperitur. Quintò Dotalitium, ein Leibgedinge. Hoc enim ſi per pacta dotalia vel aliàs uxori defuncti Vaſalli conſtitutum eſt, competit huic electio, an augmentum dotis, an verò dotalitium accipere velit. Hoc electum onus Feudi eſt à ſucceſſore & poſſeſſore Feudi præſtandum. Eademq; prærogativâ gaudet, quâ dos, cujus quaſi precium & compenſatio eſt, *Henr. Goden. conſ. 99. n 15. 19. 28. ſeq.* dotemq; datam omninò abſumit, ut mortuâ uxore neque ab hæredibus nec à creditoribus ipſius quicquam repeti valeat. *Weſemb. conſ. 50. n. 26. ſeqq. vid. Hartm. Piſtor. q. 4. n. 20. ſeq. & alibi, ubi de dotalitio notabilia adjicit.* Quod tamen in Pomeraniâ Occidentali, Wolgaſtiſcher Regierung / haud tenaciter obſervatum,

vatum, ſed hæredibus vel creditoribus dotem redditam, exẽmpla quamplurima teſtantur. Sextò annum gratiæ ſeu fructus unius anni integros viduæ ex Feudis prædefuncti mariti, cum onere tamen uſurarum pro ære alieno mariti præſtandarum, habent. *Cothm. conſ. 92. n. 7. vol. 2.* Computatur hic annus ſtatim à morte ultimi Vaſalli, ſine filiis decedentis. Quod ipſum ex conclus. Stetin. *tit. 11. q. 1.* ubi hæc habentur verba: Daß der Wittwen und Jungfrawen Gnaden-Jahr alſofort und alſo ipſo die, wann der Lehnmann verſtirbet/ ſeinen Anfang nehme/ und endige ſich nach Ablauff eines gantzen umbgehenden Jahres und eines Tages, alſo daß weiters keine Woche hinzugeſetzet werde &c. apparet. Et debetur hic annus non ſolùm viduis, ſed etiam filiabus nondũ elocatis vel emancipatis. Quod ipſum quoque non ſine ratione placuit Statibus Patriæ noſtræ, unde Receſſui Wollinenſi Anno 1569. publicato hæc verba inſeri curaverunt: Wann Jungfrawen bey Leben ihres Vatern/ Brudern oder Vettern einmahl vollenkömlich außgeſteuret werden/ ſollen ſich dieſelbe des Gnaden-Jahres zu den eröffneten Lehn-Gütern nicht anmaſſen. Quinam autem fructus ad annum gratiæ ſpectent, eleganter recenſentur in *concluſ.* 4. *d. t. 11.* ubi fœturam animalium, ut agnos, hœdos, equos & vitulos ad viduam ſpectare disponitur. Hæc enim omnia in fructu eſſe dicuntur, ſicut lac, pilus & lana, *per §. 37. ff. de rer. diviſ. l. 28. ff. de uſur.* Et quamvis uſura ex pecunia à Vaſallo fœnori expoſita in fructu eſſe dici nequeat, quia non ex ipſo corpore, ſed alia cauſa eſt, *l. 121 ff. de V. S.* vicem tamen fructuum obtinet, & propterea à fructibus ſeparari minimè debet. *l. 34. ff. de uſur.* Unde etiam in *d. concl.* 4. in verb. So auch die Zinſen von der außſtehenden Bahrſchafft und Nominibus debitorum gehören und genommen werden ſollen/ inter fructus anni gratiæ eam referri videmus. Sed an vidua ob bellicas irruptiones anno gratiæ frui impedita æſtimationem fructuum unius anni à ſucceſſore Feudali petere poſſit, aliquando diſceptatum eſſe memini? Nec deſunt in utramque partem rationes. Communiori tamen eâq; veriore ſententiâ placuit, ſucceſſorem Feudalem ad æſtimationem fructuum non teneri. Eſt enim vidua quoad annum gratiæ inſtar uſufructuariæ, cui dominus proprietatis nihil aliud, quàm ut per ſe non ſtet, quo minùs ſecurè fruendi licentiam habeat, non

 verò

verò fructus præſtare obligatur. *arg. l. 5. §. ult. ff. ſi uſusf. pet.* Non aliter etiam viduæ annus gratiæ debetur, quam ſi nullos reliquit filios, & æs alienum defunctus Vaſallus. Pro quo comprobando facit Conſtitutio Provincialis Wolgaſti edita Anno 1606. ubi hæc habentur verba: Solch Gnaden-Jahr gebühret der verſtorbenen Wittwen Töchtern und Schweſtern nicht/ wann Männliche Leibes Lehnes Erben von negſt verſtorbenen Lehnsfolgern &c. Nec intereſt, utrum annus gratiæ in genere debeatur, an verò in pactis dotalibus certa pecuniæ quantitas loco illiꝰ promiſſa ſit cum ſuppoſitione hypothecariâ bonorum. Surrogata enim illa in hujus locum non alio jure cenſeri debet, quàm cujus vicem ſupplet. Spectanda etiam hîc magis cauſa debendi, quàm medium ſolvendi, quod etſi aliud, tamen ſequitur conditionem ipſius debiti, eſtq́; magis conſiderandum, quid & quatenus debeatur, quàm quomodo ſolutio ejus fieri debeat. Ubi non debetur, cujus causâ facta fuit promiſſio, atque etiam hoc deficit. Sicuti ergò annus gratiæ non debetur, quoties defunctus relinquit liberos & æs alienum, quod reditus bonorum, ex quibus percipi debet, ſuperat, ita & ea ipſa quantitas peti & adjudicari non debet. Nec proficit, aut aliud jus inducit pignoris conſtitutio. Acceſſoria ejus obligatio eſt, quæ ſequitur conditionem principalis, & ubi hæc deſinit, ſimul exſpirat.

XVII. Septimò domum gratuitam, durante viduitate, aut mercedem annuam pro iſtâ. *vid. Cothm. d. conſ. 92. n. 7. & 14. ſeq.* Ubi notabilem oneris hujus explicationem ponit. Octavò Expenſas nuptiales, Geſchmück/ Kleider und Hochzeit-Gelder/ quas cum dote in privilegiis Nobilium Pomeraniæ Anno 1560. congeſtis conjungi & eodem cum iſta loco haberi cernimus. Decimò refero hîc ipſam dotem, quæ filiabus ex Feudis debetur, licet hæreditas ſit ſolvendo, ut & alimenta, quæ non minùs ſucceſſores Feudales præſtare tenentur etiam filiabus luxurioſè viventibus, ſicuti in *concl. 2. tit. 21.* deciſum reperitur. Undecimò Morgengabam ſive precium virginitatis Sponſæ poſt primum concubitum dari ſolitum. Hanc ex Feudo deficiente allodio ſolvi debere, Concluſa Stetinenſia apertè in *tit. 12. concl. 1.* decidunt, ubi hæc reperiuntur verba: Daferne aber in hæreditate deducto ære ſo viele nicht verhanden/ daß die Morgengabe darauß genommen oder bezahlet werden

den könne/ ſo ſoll der Lehnsfolger verbunden ſtehen / ſo viele / alß hernacher zur Morgengabe hierin verordnet iſt / den Wittwen zu entrichten und zu bezahlen. Non aliter autem hæc ex Feudo peti poteſt, quàm ſi à marito in pactis dotalibus fuerit promiſſa. Nec ſemper neceſſe eſt, ut certa quantitas exprimatur, ſed ſufficit in genere eam eſſe promiſſam, quæ deinde ad modum dotis promiſſæ æſtimari ſolet, ita ut in ſingulis 1000 dotis loco promiſſis 50. Morgengabæ loco debeantur, prout itidem apertè deciſum eſt in *concl. Stet. 3. d. tit. 12.* Ubi verò ab initio nihil Morgengabæ nomine promiſſum, aut ea promiſſa quidem, ſed non ſoluta, tum uxore ante maritum decedente ab illius hæredibus nihil exigi poſſe, traditum reperies in *d. t. 12. concl. 5.* Duodecimò huc refero currum & equos, qui viduis nobilibus debentur ex defuncti mariti hæreditate. Eâ autem deficiente ſucceſſorem Feudalem illos præſtare teneri, evincere videtur Conſtitutio Wollinenſis *d. 24. Maji Anno 1569. edita & tit. 13. Concl. Stetin. 3. in verb.* Daferne aber ſo viele Erbſchafft nicht verhanden / daß Pferde und Wagen darauß mögen bezahlet werden / alßdann ſoll der Lehnsfolger von den Lehnen ſelbige erſtatten und ſchaffen. Decimo tertiò mercedes famulorum aliorumq; officia præſtantium. Hæ moribus Pomeranicis, quos expreſſit anteà allegata conſtitutio Provincialis *in Receſſu Wollinenſi de Anno 1569. die 24 Maji promulgato*, deficiente allodio, ante dotes mulierum utut admodum privilegiatas ex Feudo exigi permittuntur. Æquitatem hanc ſuggerit ſummus favor mercedis, quo eam proſequitur & evehit jus divinum *Levit. 19. v. 13. Deut. 24. v. 14. Malach. 3. v. 5. Tholoſ. in Syntag. lib. 27 c. 2 n. 11.* inter clamantia execrationem merentia reputans mercedem laborum detentam. Indulgetur hoc privilegium miniſtris & famulis non tantum pro mercede iſtius anni præſentis, quo moritur Vaſallus, ſed etiam pro omnibus, quæ ex præcedentibus annis illis apud dominum reſtant. *Hartm. Piſtor. p. 1. q. 8. n. 4.* Nec illud quoque deſideratur, ut tempore mortis defuncti in ædibus & ſervitio ejus reperiantur, ſed ſufficit, ſi reſiduum petant, ut mercedem ſibi dudum debitam, quam hactenus conſequi non potuerunt. Non video enim, quâ ratione contrarium velit *Berlich. lib. 1. pract. concl. 44.* niſi fortè illuc intendit, ſi conventione denuò ſubſecutâ fidem do-

 mini

mini ſequi malint, quàm exigere, quo caſu dotibus poſtponendos eſſe conſentio. Hoc neceſſarium eſt, ut expreſsè vel tacitè conventum ſit de mercede. Aliàs quis officium, quod gratuitum eſt, ex amicitià deſcendens, cui nihil tam contrarium, quàm merces, *l. 1. §. fin. ff. mand.* præſtitiſſe cenſebitur. Certum exprimere opus non eſt, ſi modò quis eas locet operas, quæ conſueto ſalario conduci ſolent, veluti quia annuum ſervorum & ancillarum ſtipendium ex conſuetudine regionis certum eſt, qui alteri pro mercede præſtitit operas ſerviles & ancillares, conſuetam mercedem, tanquam juſtam petet, ſicut omnibus perſonis ad officium aſſumptis licet ex more non promiſſa petere. *l. 10. C. de offic. Rector. Provinc. Coler. de Alim. lib. 3. c. 5. n. 25.* Quaſi enim conventione in bonæ fidei judiciis veniunt, quæ ſunt moris & conſuetudinis. *l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict.* Non minor eſt Eccleſiæ ejusq; miniſtrorum favor, ideoq; ex moribus patriæ noſtræ decimo quarto pro Eccleſiæ debitis & Paſtorum ſalariis Feuda tacitè ſunt obligata, *Magnif. Dn. Mev. p. 2. dec. 259.* adeò ut etiam de agris tam cultis quàm incultis ad Feudum pertinentibus pro ſalario reſiduo Paſtoribus, quid aſſignari poſſit & debeat.

XVIII. Ut taceam alia, unam adhuc ſpeciem addo, funeris nempe impenſas, non ex Feudis modò deberi, ſed etiam ante omnia privilegiata Feudi onera repeti poſſe, Privilegiis Nobilium Pomeraniæ cautum eſt. Utrum ex ſemper ſucceſſori Feudali incumbant, an verò hæredi bonorum allodialium, ſi quæpiam relicta ſunt, ſæpiùs diſputatum reperitur, eaq; diſceptatio multorum exequias, donec nihil ferè ex cadavere ad juſta ſuperfuit, diſtulit. Si ex ratione res definienda eſſet, non dubito aſſerere, non aliter ſumptus ſepulchrales onus Feudi eſſe, quàm in ſubſidium, ſi nulla bona hæreditaria ſuperſunt. De ſuo expedit mortuos potiùs funerari, quàm de alieno. *l. 14. §. 13. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Feudum verò pro alieno bono quoad ejus alienationem aut obligationem haberi plus quàm notum eſt. Præterea huc ſpectat, quod ſuprà dictum eſt. Quæ onera Feudi ejus utilitatem non augent aut concernunt, ea in ſubſidium ſaltem ex Feudo debentur, quando iis ſuſtinendis hæreditas non ſufficit. Obtinet hoc, ſive impenſa facta ſit in funus defuncti Vaſalli, ſive alterius humationi inſumpta, ad

quam

quam tamen refundendam defunctus Vaſallus actione funerariâ tenebatur, veluti pater, quando in funus filii quid impenſum eſt, conveniri poteſt. *l. 21. 28. 81. §. 1. ff. de relig. & ſumpt. fun. Struv. Synt. Jur. feud. Diſſ 14. th. 20.* An verò de omni expensâ funebri hæc intelligimus? Neutiquam, ſed ad neceſſariam ſaltem referimus, nempe ſine quâ corpus piè humari non potuit. *l. 1. §. fin. ff. ad L. Falcid.* Quando enim de alicujus præjudicio & damno agitur, & impenſæ aliquid tribuitur, jus moderatam exigit, ut quàm minimum aliorum petitiones imminuantur. *Garſ. de expenſ. c. 8. n. 1. in fin.* Quia ergò domini Feudi & agnatorum intereſt, ne ſuo defraudentur, quicquid pietatis causâ defuncti cineribus indulgetur, ita reſtringendum eſt, ne ad illorum injuriam vergat. Quicquid igitur præter neceſſitatem & honeſtatem honori, faſtui, voluptati circa exequias inſumitur, ex Feudo repeti nequit. Quæ res ad cautionem in funeralia credentium maximè ſpectat, ut non niſi neceſſariam exequiis pecuniam repeti poſſe ſciant. Quæ autem neceſſaria impenſa ſit, univerſali regulâ tradi non poteſt. Ut homines hominumq; conditio, ita etiam iſta variat. Macer JCtus *in l. 37. pr. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ad eam refert omne, quicquid corporis causâ veluti unguentorum, (ſicuti moris eſt ungi corpora, uti receptum antiquitùs apud Ægyptios, *Diod. Sic. lib. 1.* Perſas, *Herod. lib. 1.* Hebræos, *Job. c. 19.* Romanos & veteres Chriſtianos, *Tertullian. Apologet. c. 42.*) erogatum eſt, precium loci, in quo defunctus humatus eſt, vectigalia pro transvehendo cadavere (quæ poſteriori ævo prohibita fuerunt, *l. fin. C. eod.*) ſarcophagi vectura & quicquid corporis causâ, antequam ſepeliatur, conſumptum eſt. Ulpianus alia adjicit in *l. 14. §. 3. & ſeqq. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Ab his excluduntur meritò ea, quæ in ædificationem monumenti erogantur, item quæ convivio funerali impenduntur, utpote luxui & voluptati ſaltem ſervientia. Circumpotationem feralem Solon Athenis, decemviri inter leges XII. Tabularum Romæ vetuerunt. Nec injuriâ. Quid enim abſurdius ebrietate & gaudio in luctu? Quid turpius, quàm terrâ cadaver alienum honeſtè, animum verò ſenſumq; ſuum vino turpiter ſepelire. Ideoq; ut improbum ducitur, per epulas cadaveribus exhibitas ſe ſuper ſepultos ſepelire, ita non ferendum, ut in luxuriam impendentium ſingula-

ris prærogativa exiſtat. Veſtes itidem lugubres, quæ viduæ agnatis aliisq; funus comitantibus dantur, in præjudicium domini & agnatorum ad neceſſarias impenſas non referendas puto, *Garſ. d. c. 8. n. 17.* cùm ſine iis funus honeſtè duci poſſit. Niſi fortè mos ditionis aliud exigat, ſicuti diuturno uſu in Saxonia receptum refert *Moller. ad Conſtit. ſaxon. p. 1. conſtit. 28. n. 9.* A quo non diſcrepat conſuetudo Pomeraniæ præſertim inter Nobiles, quorum viduis ex lege Provinciali debentur veſtes lugubres, vid. *Receſſ. Wollin. d. 24. Maji Anno 1569. editum, in verb.* neben gewöhnlichen Traur-Kleidern. Quæ conſtitutio, cùm ſolis viduis veſtes lugubres concedat, ad alias perſonas extendenda non eſt.

XIX. Porrò expenſas funebres & eas, quæ in infirmitate defuncti factæ ſunt, parificari, communis tenet ſententia, per *l. 4. C. de petit. hered. Rol. à Valle Conſ. 14. n. 26. vol. 1. Natta Conſ. 448. n. 14.* Quæ ut ad multa argumenta proficit, ita etiam hoc infert, quòd ſumptus in morbum & curationem defuncti collati, ex Feudo ante omne creditum debeantur. Quid enim æquius, quam ante omnes eſſe, qui ſuis nummis & operis quæſiverunt ſalutem & vitam Vaſalli. Quo non poteſt eſſe precioſius creditum, ideòq; meritò nec magis privilegiatum. Hinc etiam fieri videmus Medicos atque Chirurgos peritos ratione ſalarii aut curæ in ægrum adhibitæ aliis creditoribus utut privilegiatis præferri. *Garſ. d. c. 8. n. 23. Heig. p. 2. q. 26. n. 70.* Neque obſtat, quòd Medicus aut Chirurgus pauperem gratis curare debeat, *l. archiatri 9. ibi Job. de Platea n. 1. C. de Prof. & Med. Gail. 1. obſ. 43. n 13.* qualis is eſſe videtur, qui præter Feudum, quod alienum eſſe ſæpius dictum eſt, nihil relinquit. Nam ea ſententia ad illum ſpectat, qui planè nihil, unde ſolvat, nec ullum ſucceſſorem habet, vix pane quotidiano fruitur. Suprà autem poſita ſententia loquitur de egeno quidem, qui tamen ſucceſſorem aliquem Feudalem habet, à quo ejusmodi ſalaria ſunt ſolvenda. Idem ſentiendum de his, quæ ob medicamenta Pharmacopolis aliisq; debentur. Nec non, ſi alii operæ preciiq; quid contulerint ad ſanandum vel ſublevandum ægrotum. Ut autem hæc locum habeant, requiritur primò, ut quæ nomine impendii aut curæ pro ægroto ſuſceptæ exiguntur, bonâ fide factæ ſint. *l. 4. verb. bonâ fide. C. de petit. hered.* Quocircà id non extendimus ad ini-

qua

qua Medicorum poſtulata, aut in periculo morbi conventa præmia, quæ planè exigi non poſſunt, cùm durante ægritudine ſalarium ab infirmo ſtipulari illicitum ſit. *l. Medicos. ibi Bart. ff. de extraord. cognit.* Magiſtratus autem eſt, de iis eorumq; modo extra ordinem jus dicere. *l. 1. §. 3. ff. de extraord. cognit. Cujac. 17. obſ. 27.* Qui non repellet Medicum, qui petit impenſas & mercedem ex Feudo pro curâ, quam in ægrotum invitum & reluctantem contulit. *Tiraquell. de Nobil. c. 6. n. 38. & de retract. conv. §. 7. gl. 1 n. 10.* Deinde referenda hæc ſunt ad illa ſaltem, quæ expenſa ſunt in mortui infirmitatem, ſeu eum morbum, ex quo Vaſallus mortuus eſt, non verò ſpectant ad infirmitates alias, aut ultimam antecedentes. *d. l. 4. verb. mortui infirmitatem. Heig. d. q. 26. n. 70.* Porrò intra neceſſitatis limites conſtringitur hæc obligatio. Ideoq; ceſſat, ſi medicamenta & pharmaca non ad curandum morbum, ſed condendos cibos & guſtum, adhibita fuerint. *l. Legatum. verb. boni viri arbitratu. C. de relig. & ſumpt. fun.* In his autem, ſicut & funebribus impenſis non creditur ſimplici verbo dicentis ſe expendiſſe, ſed requiritur probatio, quam vel conjecturis aut juramento hoc caſu expediri poſſe, communis Dd. tenet ſententia.

XX. Cætera Vaſalli onera ſunt ab hactenus dictis multùm diverſa. Illa jus Feudo imponit; hæc ſaltem perſonaliter obligatis. Illa Feudo tenaciſſimè inhærent, & quemvis Feudi poſſeſſorem, ſive proximus agnatus, ſive dominus, ſive tertius quiſquam ſit, cui in caſum mortis alterius conceſſum fuit, comitantur & ſeqvuntur: Hæc verò Vaſallum ſaltem ejusq; hæredes, nec ad Feudales ſucceſſores tranſeunt. Illa à Feudiſticis ſucceſſoribus actione in rem ſcriptâ; hæc propriis actionibus petuntur. *Cothm. Conſ. 92. n. 3. vol. 2. Schultes ad Modeſt. Piſtor q. 122. n. 147.* Ad hæc refero omnia debita, quæ ex perſonali obligatione Vaſallus præſtare tenetur, nec lex, conſuetudo aut æquitas Feudi commoda reſpiciens Feudis peculiariter imponit. Idcircò ſi hæ cauſæ, ex quibus debita fiunt Feudi onera, abſunt nec probantur, Vaſalli ſaltem onera cenſentur. Neque intereſt, an debita illa nullam cum Feudo communionem habeant, veluti, ſi ad privatas neceſſitates Vaſallus in creditum it, an verò communione quadam cauſam Feudalem attingant. Non enim cauſa debendi, ſed conditio debiti inſpicitur. Hinc ſi Vaſal-

lus

lus pro ſervitiis domino præſtandis (quæ Vaſalli ſunt debita, non Feudi) debitum contraxit, veluti certâ mercede ſubſtituto, qui pro ſe ſerviret, conſtitutâ, illud onus Vaſalli eſt, qui pro fructibus Feudi domino ſervire obligatus eſt, & in compenſationem operarum Feudum accepit, non verò Feudi ac ſucceſſorum Feudalium. *Hartm. Piſtor. q. 6. n. 69. p. 2. Roſenth. de feud c. 9. memb. 1. concl. 15. in fin. Thoming deciſ. 27. n. 30. Jac. Schultes d. q. 122. n. 137. & 147.* Diſſentiunt *Andr. de Iſern. in c. 1. §. quid ergò. n. 5 de inveſt. de re al. fact. Heig. d. q. 20. n. 42. p. 2. Schrader. de feud. d p. 7. c. 7. n. 42.* Sed ſine ratione, dum debita occaſione ſolâ Feudi contracta cum iis, quæ utilitatem ejus reſpiciunt, confundunt. Eodem modo debita, quæ frater Feudi poſſeſſor pro armandis cæteris fratribus contraxit, non rectè ab *Andr. de Iſern. in d. §. quid ergò. n. 6. ibid Matth de Afflict. n. 5.* inter onera Feudi reputari exiſtimo. *vid. Jac. Schult. d. q. 122. n. 143.* Peræquè contra Iſern. & Afflict. *dd. ll.* Vaſalli onus cenſeo & ex allodio ſolvendum, quod Vaſallus fidejuſſione pro domino contraxit. *Schrad d c. 7. n. 48. Hering. de fidejuſſor. c. 20. §. 10. n 84. Köppen. deciſ. 39. n. 35.*

XXI. Secundus caſus, quo agnati & dominus Feuda petentes creditoribus ex illis ſatisfacere tenentur, hic eſt, ſi iſtis Feudum cum conſenſu agnatorum & domini eſt oppignoratum. Certi quippe juris eſt, quod conſentiens contractui ſuper re aliquâ inito hoc ipſo cenſeatur renunciare juri, quod in re habet. *l ſi ſervus. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. Codicillis. § inſulam. ff. de legat. 2. l. 4. §. quæſitum. ff. de dol. mal. except. l 2. C. de remiſſ pign.* Ut autem contra utroſque tam agnatos quàm dominum, ſi ei aperiatur Feudum, jure ſuo conſiſtere poſſint creditores, ſingulorum conſenſus neceſſarius eſt. Si Vaſallus debitor debiti nomine Feudum in ſpecie cum conſenſu domini (illo enim non accedente, obligatio ipſo jure nulla eſt, *Vult. 1. de feud. c. 10 n. 43. Schrad. de feud. c. 1. n 25. part. 8. Neguz. de pign. 3. memb. 2. part. pr. n. 50.*) obligaverit, durat quidem illa obligatio, donec ille vivit ac Feudum retinet, & in illud executio fieri poteſt eo effectu, ut, quamdiu ille vivit, fructus percipiat, *Hartm. Piſt. q. 15. n. 103. p. 1.* nullum tamen agnatis præjudicium parat. Sed morte aut aliâ ratione reſoluto jure obligantis jus accipientis exſtinguitur, *Thoming. dec. 27. n. 19. Roſenth.*

de

de feud. c. 9 memb. 1. concl. 10. n. 12. in fin. niſi fortè conſenſum Vaſallo legitimè petenti illicitè denegaverint, atque ex juſtâ cauſâ Dominus eundem ſuâ autoritate ſuppleverit, quemadmodum in Pomeraniâ juxta diſpoſitionem privilegiorum nobilium per illuſtriſſimos Principes, præviâ cauſæ cognitione, aliquoties factum fuiſſe reperitur. Conſenſu præſtito per illos, quorum intereſt, creditori jus in Feudo per oppignorationem quæſitum eſt, quo per actionem hypothecariam contra quemvis poſſeſſorem ad recipiendam poſſeſſionem agere poteſt. *Præpoſ. in c. 1. §. quid ergo 12. tit. de inveſt. de re alien. fact. Schrad. de feud. p. 7. c. 7. n. 42.* Neque ad ſortem modò, ſed etiam uſuras & intereſſe per aſſenſum agnatos & dominum aſtringi, ita ut Feudum nonniſi his quoque deductis habere non poſſint, multiplex ratio ſuadet, quam per contrarias deductam & formatam prolixius legas apud *Hartm. Piſtor. quæſt. 49. per tot. part. 2. Schrad. de feud. part. 8. c. 4. n. 20.* Diſtinctione eam clarius explicat *Roſenth. de feud. c. 9. memb. 1. concl. 19. n. 1. ſeq.* Et de agnatis res indubia eſt. De domino Feudi verò ſæpiùs reperimus dubitatum, anne conſenſu oppignorationi Feudi præſtito obligetur etiam tunc, quando ad ipſum devolvitur. Cæterùm ſicut alias dominus & agnati ratione effectus conſenſus præſtiti inter ſe comparantur, *Jacob. de S. Georg. tr. de feud. verſ. qui quidem inveſtiri. n. 64. Iſern. in d. c. 1. §. quid ergò.* præſertim ſi identitas æquitatis & rationis adſit. Ita non ſecus ac agnati tenentur ex conſenſu ſuo congruum eſt, dominum conſentientem oppignorationi obligari ad exſolvendum æs alienum eo caſu, quando Feudum Vaſallo ſine liberis moriente ad ipſum devolutum eſt, ut aut ſolvat, aut executionem exſpectet, & creditorem jure ſuo uti patiatur. *Hartm. Piſtor. p. 2. q. 48. n. 14. ſeq. Heig. q. 20. n. 1. ſeq. p. 2. Roſenthal. d. c. 9. m. 1. concl. 18. n. 1. ubi lit. a. in debito multos allegat.* Quæ enim conſenſu domini in Feudo geruntur, non modò tunc rata ſunt, cùm Vaſallus vivit, ſed etiam eo mortuo, & ad dominum revertitur. *c. 1. §. etſi clientulus, verſ. ſi verò de alien. feud. lib. Andr. de*

Dd. Inſt. de act. l. 16. §. in vindicatione ff. de pignor. [illegible] conſentiens dominus habetur, ac ſi ipſe oppignoraret & ad alium transferret. *Iſern. in c. 1. ibi Matth. de Aſflict. n. 12.* [illegible] Tunc verò ipſum & ſucceſſores ejus omni caſu [illegible] eſt, quando ipſe oppignoraſſet.

XXII. Major oritur lis, ſi conſenſui [illegible] ſtito adjungatur clauſula, *SALVO JURE SUO*, [illegible] nen Lehnrechten ohnſchädlich ſeyn ſolle. Communis [illegible] tentia illuc inclinat, iſto reſervato adjecto [illegible] Vaſallo Feudum ipſi aperitur, ad æs alienum [illegible] pignori pro eo obligato aſſenſerit, non teneri. [illegible] ſula alias nihil operaretur, ſi non utile dominium [illegible] rum reſervaret ſine onere, utpote cum & ſine [illegible] nium ipſi ſalvum maneat; tum quod ultra jus Vaſalli [illegible] pro quo dominus conſenſit, non poſſit voluntas domini, [illegible] tilitate nihil contrahit, extendi: tum quod alias nemo jus [illegible] remittere cenſeatur, ſed adjecta clauſula reſervatoria multò magis ſervaſſe intelligendus ſit. *Præpoſ. in c. 1. §. quid ergo. n. 2.* [illegible] *de re alien. fact. ib. Laudenſ. n. 11. Afflict. n. 3. Burſat. conſ.* [illegible] *ſeq. & 32. vol. 1. Roſenth. de feud. d. concl. 18. n. 4. ſeq.* [illegible] re accuratius ponderata non dubito limatis ingeniis [illegible] deri contrariam opinionem, quam ſequuntur & tuentur [illegible] *Conſuet. Pariſ. §. 44. n. 27. Hartm. Piſtor. d. q. 48. n. 32 p. 2.* [illegible] *d. q. 20. per tot. p. 2.* Cùm enim conſenſum petendo [illegible] ſecuritati creditoris, ut certus ſit de ſolutione ex Feudo [illegible], eiq; intentioni aſſipuletur dominus per conſenſum, qui [illegible] per ſubſequentem clauſulam priori voluntati commodis creditorum ſervienti derogari, niſi fraudem domini notare, aut quod unâ manu datum, altera ſtatim ablatum ſtatuere velimus. Quod tamen à jure alienum eſt. *l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtr.* [illegible] *reſp. 19. n. 100. vol. 3.* Conſenſus regulariter accipiendus eſt ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur, *l. ſi poſteà. ff.* [illegible] *hab. l. ſi uno. ff. locat. Freccia de autor. & poteſt. Baron.* [illegible] *feud. lib. 2. verſic. ſecundo quæſo. n. 14.* & ubi dubius forte, ex mente requirentium declarationem recipit. *l. ſi defenſor. §. qui interrogatur. ff. de interrog. in jur. fac. Freccia d. lib. 2. q. 11. n. 9.* Sive

autem

autem pignoris naturam ſeu voluntatem tam debitoris quàm creditoris conſideraveris, procul dubio iis utrinque congruum dices, non aliter ac ipſa ad perpetuam ſecuritatem & obligationem, donec ſatisfiat illi, tendunt, conſenſum æſtimandum eſſe. Huc quadrat, quod generaliter dicitur, quòd dominus omnia, quæ ad actus, cui conſenſus accedit, firmitatem atque robur ſpectant, approbet & omni juri ſuo, quod illum actum quovis modo impedire poterat, conſentiendo renunciaſſe & negocio iſti validiſſimum robur addidiſſe cenſeatur. *Matth. Freccia d. lib. 2. auctoritat. 29. n. 8. Andr. de Iſern. in c. 1. princ. Qui ſucceſſ. teneant.* Ideoq; etiam ſine novo conſenſu, ubi dominus ſemel obligationi Feudi conſenſit, executio in ipſum Feudum fieri poteſt. *Harpm. Piſt. q. 15. n. 39. & 54. ſeq. part. 1.* Neque illa jura tollit aut reſtringit præfata clauſula, ſed ſi iſtâ non adjectâ dominus ad ſolutionem debiti Feudo ſibi aperto tenetur, ut certè tenetur, ſicut ſuprà dictum, non minùs etiam adjectione factâ tenebitur. Clauſula enim illa, JURIBUS NOSTRIS SEMPER SALVIS, vel SALVO JURE FEUDI, non comprehendit illa, de quibus in ſpecie diſpoſitum eſt in eadem Scripturâ, ſed ad illa ſaltem pertinet, quæ in conceſſione ſeu confirmatione non fuerant expreſſa, *Molin. in Conſuet. Feud. §. 3. n. 119. & d. §. 44. n. 27. Rol. à Vall. conſ. 3. n. 73. vol. 1. Natta conſ. 473. n. 7. Schrader. de feud. p. 6. c. 3. n. 32. Boer. dec. 24. n. 11.* nec reſervat niſi ea jura, quæ dominus conſentiendo & confirmando contractum Vaſalli concedere noluit, & à conceſſis ſeparata ſunt. Aliàs enim manifeſta repugnantia oriretur. Proteſtationem expreſsè additam ne ex Feudo hypothecario creditori ſatisfiat, utpote conſenſui præſtito adverſam inutilem eſſe nemo dubitat. *Heig. d. q. 20. n. 18. ſeq.* Qui igitur clauſulæ iſti eam vim tribuamus, ut conſenſum indiſtinctè additum obligationi tacito ſenſu reſtringat? Taciti non major poteſt eſſe effectus, quàm expreſſi. Nihil hic movent, quæ è contrario adducuntur. Fruſtrà inanis dicitur clauſula iſta, ſi non à domino onus amoliatur, quod ſuo conſenſu Feudo realiter impoſitum eſt: Cum per id dominus jus vaſallititicum ſibi integrum ſer-

dicetur, cùm ſatis præſtent, ſi majoris decla[illegible] adjecta ſint, ſatisq; operantur, ſi ſecundum n[illegible] gitur, effectum ſortiantur, & quod tacitè ineſt, e[illegible] *per Hartm. Piſtor. d. q. 48 n. 53. ſeq. declaratur.* Cætera in conjecturis conſiſtunt, quæ in re perſpicua nihil proficiunt, ſed in decidendo tutius inhæremus expreſſo conſenſui, [illegible] voluntati ſibi jus reale in Feudo quærenti congruit, [illegible] & præſumptæ menti, quam conſenſus & negocii [illegible]. In hanc ſententiam Juridicam noſtram Facultatem [illegible] ſententiam, & praxin Pomeraniæ itidem obſervare deprehendi, quâ (etſi inſerta ſit clauſula illa, uti ſemper conſenſibus [illegible] inſeri ſolet) dominus Feudi, vel quem de aperto Feudo inveſtiverat, ad ſolutionem æris alieni, pro quo Feudum alienatum erat, conſtringitur. Non aliud ſtatuendum puto, etſi clauſula illa geminatis & laxis verbis jungatur, veluti, daß der gegebene conſens uns und unſern Rechten auff alle Fälle unnachtheilich und unverfänglich ſeyn ſolle, &c. ſed æquè civiliter & de illis, quæ non obſtant, ſecundum [illegible] explicandum, *vid. Heig. d. q. 20. n. 4. p. 2.*

XXIII. Quotidiana & utilis movetur quæſtio, [illegible] gnati & dominus, quando oppignorationi conſenſerunt, [illegible] tur debiti nomine per Vaſallum contracti, utrum creditores [illegible] ab ipſis jure exigant, an verò in ſubſidium ſaltem, ſi hæredes allodiales ſolvendo non ſint? Creditum à nonnullis propter [illegible] tum conſenſum etiam indiſtinctè illos conveniri poſſe, ſive adſint bona allodialia, ſive non. Ideoq; indiſtinctè teneri quemvis Feudi ſucceſſorem ad ſolutionem æris alieni, pro quo pignus obligatum fuerat, *Roſenth. de feud. cap. 10. concl. 45. n. 7. ſeq.* adeò, ut ſi forte hæredes allodiales conventi ſolverint iſtos æquitatis intuitu, quia indebitè Feudum ab onere liberaverint, ac negocium eorum utiliter geſſerint, ad reſuſionem ſoluti conſtringere valeant. *Rauchbar. q. 44. n. 11. ſeq. part. 1.* Sed contraria ſententia, quæ tenet non aliter ſucceſſores Feudi ad debitum, pro quo Feudum oppignoratum eſt, ſi non in utilitatem Feudi verſum fuit, obligari, quàm in ſubſidium, ideoq; ad ſolutionem, niſi excuſſis bonis hæreditariis, non compellendos, communior eſt. *Schrad. de feud. part. 7. c. 7. n. 42. Mod. Piſtor. q. 120. n. 7. & 24. Struv. d. c. 14. th. 24.* Imò & verior.

verior. Etſi enim in poteſtate creditorum ſit, utrum perſonaliter ſibi obligatos eorumq; hæredes, an pignora poſſidentes ratione in rem convenire velint, imò utramque etiam cumulare, nec alterutrâ nolentes contenti eſſe cogantur, *Nov. 4. c. 2. Mynſ. 1. obſ. 58. Frider. Mindan. lib. 3. de contin. cauſ. c. 11. n. 8.* id tamen ſic accipiendum eſt, ut priùs excutiantur bona debentis propria, antequam perveniatur ad aliena, *Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.* inter quæ Feudum eſt, cum morte Vaſalli jus ejus exſpiret, & ad dominum vel agnatos tranſeat. Conſenſus horum creditoribus conſulit, ſed non aliter, quàm & ſecuritas illorum poſcit, & juri communi, ex quo explicatur, congruum eſt. Nec verò creditoribus nocet, ſi ad allodia prius remittantur, & illis non ſufficientibus Feuda in ſubſidium ex conſenſu illorum, occaſione aut commodis æs alienum non fuit contractum. Nec juſtum, ut ſingulariter creditorum ſecuritati domini & agnatorum conſenſu conceſſum oneret Feudum potiùs, quàm hæredes, atque hi ex alieno onere lucrum captare aut ſibi incumbens alii injungere debeant. Hanc ſententiam praxis patria itidem obſervat. Hinc nec hæredes allodiales illud, quod creditoribus, quibus Feudum legitimè oppignoratum fuerat, ſolverunt, à ſucceſſoribus Feudalibus condicere poſſe, rationi propius eſt. *Schrad. d. p. 7. c. 7. n.* 41. Nec obſtant, quæ *Rauchb. ſupr. d. l.* obtendit, tum quia falſo nituntur hoc præſuppoſito, quod debitum illud onus ſaltem Feudi ſit, pro quo hoc obligatum, cùm tamen magis ad hæredes ſpectet, & hæreditarium onus ſit, *vid. Thoming. d. deciſ. 27. n. 17. ſeqq.* Feudo non niſi in ſubſidium incumbens: tum quia ea, quæ æquitas ob lucrum ab alio perceptum indulget, malè ad hanc ſpeciem, ubi ſucceſſor nihil percipit, ſed onere ex ſingulari gratiâ impoſito relevatur, trahuntur. *vid. Struv. d. l.*

XXIV. Tertius caſus, quo ad æs alienum ſucceſſores Feudales tenentur, is eſt, quando Vaſallus impenſas & meliorationes in Feudum fecit & contulit. Hæ allodiales ſunt, Feudo ſine Va-

Hartm. Piſtor q. 42. n. 35. p. 2. ſed etiam per jus retentionis, quo licet, donec refundantur, illis, quibus repetendi jus eſt, Feudo incumbere & ſe adverſus omnes tueri, ſervari poſſunt. *Roſenthal. concl. 48. n. 116 ſeq. Hartm. Piſtor. d. q. 42. n. [illegible] ſeq.* [illegible] *lib. 1 de feud. c. 11. n. 113. Schrad. de feud. p. 2. part prim. ſect. 2. n. 4[illegible]* etſi adhuc ſint illiquidæ. *Roſenth. d. concl. 43. n. [illegible] ſeq. Tiraq de retr. conv. §. 7. gl. ß. 1. n. 13. Menoch. recup. poſſeſſ. rem. 15. n. 57[illegible].* Hocq; jure non modò hæredes fruuntur, ſed pariter creditores, quibus ex illis ſatisfaciendum eſt, ut ſumptus meliorationum a domino vel agnatis Feudo ad eos devoluto petere non prohibeantur, atque ſi forte poſſeſſionem Feudi per immiſſionem aliove legitimo modo adepti ſint, donec ſibi pro rata impenſarum debitè ſatisfiat, *Alciat. conſ. 181. Intrigl. de feud. q. 59. n. 7. Hartm. Piſtor. d. q. 42. n. 23.* Cui conſequens eſt, non poſſe dominum aut agnatos vindicare Feuda, niſi ſolutione anterioris crediti facta. Quæ ſint meliorationes illæ à ſucceſſore Feudali refundendæ, traditur prolixè per *Roſenth. d. concl. 43 per tot. & Schrad. d. ſect. 2 per tot.*

XXV. Quartus caſus, ubi ſucceſſori Feudali ſolutio æris alieni ab anteceſſore ſuo contracti incumbit, in illis occurrit, qui indiſtinctè pro liberandis ab injuria manibus patris defuncti æs alienum ſolvere tenentur etiam eo caſu, ſi mediante inventario Feudum ſimul & hæreditatem apprehenderint, ſicut ſcitè non minus quàm prolixè demonſtratum eſt à *Cothm. in conſ. 2. n. [illegible] & mult. ſeqq. usque ad n. 311. v. 1. Sonsbec. de feud. p. 1. n. [illegible] ſeq. Hartm. Piſtor. q. [illegible] n. 43. ſeq. p. 2.* ex quibus cupidum lectorem plura hac de re percipere quam tradere malo. Recipit ea ſententia nonnullas limitationes, quas ex aliis congeſſit *Berlich. concl. [illegible], n. 25. ſeq. p. 2.*

XXVI. Quintum caſum ſingularia ſtatuta & conſuetudines locorum præbent, quibus nonnunquam inducitur, ut Feuda ſubjaceant omni æri alieno, & in ſubſidium omnia debita ſucceſſor inde ſolvere opus habeat. Cui conſequens eſt, nullam tunc illi in vindicando Feudo niſi cum onere prærogativam eſſe. Hujusmodi mores & ſtatuta valida eſſe tradunt *Andr. de Iſern. in c. 1. §. quid ergò. n. 6. de Inveſt. de re al. fact. ibid. Afflict. n. 5. Schurff. conſ. 74. n. 2. cent. 3. Roſenth. de feud. c. 7. concl. 47. n. 4. Dn. Moller.*

Conſtit.

Conſtit. Saxon. 42. p. II. & conſt. 46. p. 2. Hujusmodi quid ſtatutum & introductum eſt in Pomerania. Legimus in Receſſu Wollinenſi & aliis Conſtitutionibus Provincialibus cautum, ut omne æs alienum, quod ex probabili & neceſſariâ cauſâ contractum eſt, ex Feudo ab omnibus ſucceſſoribus Feudalibus ſolvatur. In Receſſu Wollinenſi de Anno 1581. hæc habentur verba: Vnd da jemand ohne Leibes Lehns Erben verſtürbe / die Güter auff ſeine Brüder / Vettern und Mitbelehnte / oder auch unſere Erben und Nachkommen verſtammete / und erledigte / und ſeines verlaſſenes Erbes Bahrſchafft und fahrende Habe ſo viele nicht wäre / daß man die Schulde davon bezahlen und entrichten könne / ſo ſoll das Lehn die Schulde / ſo durch unſerer Hochſehligen Voreltern / unſere und unſerer Erben Bewilligunge nohtwendig erachtet ſeyn / tragen / ſo weit und ferne ſich das eröffnete Lehn erſtrecket. Eadem repetita ſunt im Landtages Abſcheide de Anno 1606. ubi hæc declarationis gratiâ adduntur: Es ſey alſo verglichen / daß hinfüro in ſolchem Puncte es nochmahlen bey dem Buchſtaben der Privilegien und Wollinſchen Abſcheides gelaſſen / unſere Rhäte auch darauff und nicht auff die jura communia und Feudalia ſehen und ſprechen ſollen / und bleibet alſo dabey / daß von den Lehnen auff dem Nohtfall die Schulde abgezahlet werden; & porrò ſubjungitur: Vnd ſoll alſo des Verſtorbenen guter Leumuht und Nahme / ſo weit ſich ſeine Lehne erſtrecken / gerettet und er in der Gruben nicht geſchmähet werden. In quibus verbis notabiliter diſponitur: (1) Quis ad exſolutionem æris alieni teneatur. Omnis ſcilicet, ad quem Feudum pervenit, ſive agnatus ſit, ſive dominus, aut qui iterum à domino inveſtitus eſt, qui nihil juris amplius uſurpare poteſt, ac iſte habuit. (2) Quæ debita ſolvenda, nempe omnia neceſſaria & probabili cauſâ contracta debita, quorum æſtimatio domino Feudi reſervatur. (3) Quæ ratio? ut fama & honor Vaſalli ſervetur. Etſi verò viderim multos adfuiſſe, qui præcitatas diſpoſitiones ad ea debita reſtringunt, pro quibus Feudum cum conſenſu domini fuit oppignora-

ſcriptâ judicandi normâ, nempe quod non ſecundum communia jura Feudalia, ſed Provincialia pronunciandum ſit, quo argumentum aliquod ab iſtis alienum inductum eſſe, cum (1) ex natura generali ad omnia debita, quibus non exſolutis fides debentis periclitatur pertinente, quæ in explicatione d. Receſſus præprimis attendenda eſt, *Cravett. conſ. 145. n. 11.* eumq; ampliat & limitat [illegible] *de elect. gloß. & Bartol. in l. pater. §. fundum ff. de legat.* 3. tum denique ex ſubſecuta obſervantia, optimâ legum interprete, de quâ vid. prolixè *Magnif. Dn. Mev.* in ſeinem Bedencken von der Pommerſchen Lehne Natur und Eigenſchafft, *& in p. 5. dec. 247. & 248.* Plura addi poſſent, ſed pagellarum & temporis anguſtiâ excluſus hæc ſufficere puto,

dicens

SOLI DEO GLORIAM.

COROLLARIA.

1. *Furioſus poteſt habere Majeſtatem.*
2. *Dubiæ juſtitiæ præceptum ſuperioris exequendum.*
3. *Frenandis in liberâ Rep. ſubjugatis civibus erigere arcem expedit.*
4. *Voluntatem Principum nondum mandato declaratam non rectè exequitur plebecula.*
5. *Status Imperii Germanici non eſt monſtro ſimilis, ut putat Sever. de Monzamb. de Stat. Imp. Germ. ſed Monarchia limitata.*
6. *Rectè tribuitur Imperatori Germanico à quibusdam Doctoribus Politicis abſoluta eaq; ſumma poteſtas.*
7. *Exceptâ ratione [illegible] ſolvendi principali [illegible] prædicti ſatisfieri.*
8. *Mandanti vulnerare imputatur ſubſecuta cædes.*
9. *Pœna ordinaria inferri poteſt ex urgenti præſumptione.*